


Hb.

Signature Stolz-Wern.
yc 21.

IN
NVPTIAS
SVMME VENERABILIS
IOANNIS GODOFREDI
LVDOV. EBELINGII,
 CVM
generosa virgine
DOROTHEA IOANNA
DE WINDHEIM,
 d. XXVI. Nou. MDCCXLVIII.
 CELEBRATAS.
DANIEL CHRISTOPHORVS MULLER,
Ecclef. Hohen-Warschleb. Pastor.

MAGDEBURGI,
 LITTERIS CHRISTIANI LEBERECHT FABRI,
 TYPOGR. PRIVIL.

AK



mbire tædas INFVLATVM PRÆ-
SVLEM,
Et cælibem non viuere:
Hæc praua visa antiquiori sæculo,

Immo ferenda nullibi.

Connubium næ! pontifex *Gregorius*

Vetat cuique clericō:

Figit minus sequacibus diras truces

Eheu! *Tridentum* fulminans.

An Clerus *altior* sibi nubi volet?

Reliquisne ita exemplo fiet?

Succurret his hodie phalanx & inuida,

Cui nil graue est, nisi clericus;

Nihil relinquens Ordini sacro sacrum,

Præter, quod est durum omnibus.

Qui vellicantes non minus quoque Infulam,

Istis manus socias dabunt.

Sed vanitatis semet hi coarguant,

Vel ut superstitionis!

Aliud docebit sancta Religio ac Fides,

Quæ dictat hos pie modos:

Honor & venerabile nomen

Sunt conjugalia pacta,

*Parili queis vis in amore
Alitur flammosa duorum.*

*Non hoc priuandus honore est
Amar illus, ab æthere lapsus,
Pia pectora quæmodocumque
Inuaserit atque gubernet.*

*DEVS ipse est coniugii auctor
Sapiens, cui prima genitrix
Genitor quoque primus adhæsit
In imagine Numinis ipsa.*

*Vetuit connubia nullus
Vatum; duodenaque turba
Diffusaſit nullibi, ni sors
Prohiberet publica fati.*

*CHRISTVS, qui dogmata ſolus
Statuens, Canæ adfuit almus,
Non sancta ſuperftitioni
Docuit ſe noſcere sancta.*

*Fuit vxoratus vteruis,
Et Apoſtolum atque Propheta;
Contra quos nemo ſuperbit
Animi ſani ac ſapientis.*

Hæc, *EBELINGI*, vt INFVLATO CLERICO,
TIBI, clericus minor, cano,

Gratians honores, Christianis omnibus
Qui iure ſancto competunt.

Ignosce, nil pangи TVO in Festo noui,
Sed nota dogmata repeti.

Nec, vt docere velim, recino diu agnita;
Verum vt pie congaudeam,

Sequi ſacratas regulas ANTISTITEM,
Et, quod Fides præuolet, agere,
Huicque defore Numinis nec gratiam,
Nec rite ſentientium.

TV

viue felix, cum MARITA nobili,

Vt vota sciscent omnium:

Domus Paternæ vt exigunt id gaudia:

Vt IPSVS in votis habes:

Vtque ipsa cælestis propinat curia,

Quum cui peregregie fauet.

TV

viue Nestor, cum MARITA florida,

Vt patriarchis æmuli:

Vt queis carere sæculum ægre quiuerit:

Fas vt cuique est Optimo.

TV

viue vitam CHRISTIANI ANTISTITIS!

Coruscet hæc virtutibus!

Coruscet ingenue educatis Filiis,

Serisque adhuc nepotibus!

Poeta quippe imis medullis hoc rogat,

Quod & voubunt singuli,

Non multo abhinc ab INFVLATO CONIVGE

Natum esse certo PRÆSVLEM.



10.02.92

30. Nov. 1992

78 M 387

ULB Halle
003 080 684

3



148 = Handschrift

258 = "

SL

Retro ✓

22
22

IN
NVPTIAS
SVMME VENERABILIS
IOANNIS GODOFREDI
LUDOV. EBELINGII,

CVM

VEROSA VIRGINE
THEA IOANNA
WINDHEIM,

XXVI. Nou. MDCCXLVIII.

CELEBRATAS.

CHRISTOPHORVS MULLER,
Eccles. Hohen-Warschleb. Pastor.

MAGDEBURGI,
 CHRISTIANI LEBERECHT FABRI,
TYPOGR. PRIVIL.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

